Cap̄.v.de ſacramento

Vxor eat:repetat bñe ieſus apoſtata clauſtrum:
Si fuerit ſua nota profeſſio;coniugium ſtet.
Si nullam fecit.tamen iſtos pura voluntas
Separat.vt caſte viuant iniungitur ipſis.

Que ſpectent ad dyaconum.

Nullo preſbitero preſente/dyaconus egris
Dat domini corpus:et cor̄ tunc ſcelus audit.
Sed non a banno ſoluit.ſepellit:pueroſq;
Baptizat/non fonte ſacro:niſi promptior vnda
Nulla ſit.aut niſi mors mergendis acrius inſtet.
Nullos criſmabit.iudicis purificandas.
Non dicet dominus vobiſcum:niſi recitandum
Eſt euangelium.calicem bene preparat idem.
Si multus populus ad te venit ad comedendum
Sanctum paſca:poteſt hic hoc illi dare:ſi tu
Precipis.ac alias:ſi deſit preſbiter iſti.
Canonicas horas vt preſbiter iſte tenebit.

De horis canonicis dicendis.

Hec ſunt:ſeptenis domino cur pſallimus horis.

Ordinis.

In matutino dānatur tempore xp̄us.
Cedit prima flagris.edicit tertia mortem.
Sexta tegit ſolem.ſed Nona videt morientem.
Veſpera deponit.tradit completa ſepulcro.
Sunt euangelia/vel cantica ſtando canenda.
Hec ſunt/Magnificat/Nunc dimittis/Bñdictus.
Tu quinq; choro xp̄i famularis honori:
Non ſis mente foro:ſed mens tua conſonet ori.
Eſto choro totus intentus pſallere xp̄i
Laudes deuotus:cui te totum tribuiſti.
Dum domino pſalles:pſallendo tu tria ſerues.
Dirige cor ſurſum:bñe profer:reſpice ſenſum.
Poſterior verſus nunq̄ prius incipiatur:
Anterior donec omnino perficiatur:
Lector culpatur:niſi lectio preuideatur.
Qui pſalmos reſecat:ꝛ verba dauitica curtat:
Nil magis inde feret:q̄ ſi tua lingua taceret.
Miſterio ſancto qui verba referta volutat:
Diſplicet ille deo:cum placuiſſe putat.

ADAMUS, Magister (Ed.), *Summula pauperum per magistrum Adam de ordine sacro fratrum predicatorum virum et sacre theologie et iuris pontificij studiosissimum quondam metrice conscripta. Nuper autem diligenter emendata...*, Zaragoza, Jorge Coci y Leonardo Hutz, 1503

Fragmina verborū rex pluto colligit horum
Inq; die mille vicibus ſe ſarcinat ille.
Horre plutonem tali ſermone loquentem.
Littera neglecta minime/vel ſillaba lecta:
Per me collecta patet/ipſaq; dictio ſecta.
Et vox/et votum:tonus/⁊ ſonus/⁊ nota:totum
Per me colligitur.⁊ ab alto iudice ſcitur.
Non vox/ſed votum:nō cordula muſica vocum:
Non clamans/ſed amans cantat in aure dei.
Ter quinquagenos cantat dauid ordine pſalmos.
Verſus bis mille ſexcentū ſex canit ille.
Diſce per hoc ſcriptum:quid ſit vel quando legendū.
Quinq; libros moyſi tibi ſeptuageſima miſit.
Vult ſibi ſcripta legi hieremie paſſio xpi.
Actus apoſtolicus ſequitur poſt paſca legendus.
Hinc apocalipſim lege/canonicaſq; viciſim.
Poſt penthecoſten regum liber exit in hoſtem.
Ecce per auguſtum ſumit ſapientia guſtum.
Per totum menſem ſapiens vir continet enſem.

Cantat ſeptember Tobiam:Iob:Iudith:Heſter.
Octobri menſe machabea trophea recenſe.
Ezechielem lege primo:poſt danielem.
Aduentus proprie vult ſermones Eſaye.
Poſt natale ſacrum/recitat ſacra lectio paulum.

¶ Viſo de ordinibus ⁊ de officio per promotos ad ordines dicendo: tractemus de vita ⁊ honeſtate ordinatorum ſeu clericorum.

Quinq; tibi dona ſignantur clere corona:
Spes:requies alma:regnum:perfectio:palma.
Signat tonſura:ne mundus ſit tibi cura.
Induitur raſis eterna corona coronis.
Munda domus:ſimplex:habitus:cetus ſociorum:
Geſtus:tonſura tibi ſint hec clerice cura.
Si curam curas:plures dat curia curas.
Viuit ſecure:cui non eſt curia cure.
Preſbiteri ſecum perſonas non retinebunt
Suſpectas vnq;.mater/ſoror/atq; ſororis
Filia/vel neptis(careant ſi ſuſpicione)
In cameris horum poterunt tute reſidere.

ED. París 1530

eſſet quia tunc veri coniuges reputarentur: ambobus tamen cō tinere iniungi debet. ad hoc fa. c. a nobis. extra de apo.

¶ Que ſpectant ad dyaconum. Cap. vij.

Nullo preſbytero preſente dyaconus egris
Dat domini corpus et eorum tunc ſcelus audit.
Sed non a banno ſoluit: ſepelit: pueroſq;
Baptizat: non fonte ſacro: niſi promptior vnda
Nulla ſit: et mora his mergendis acrius inſtet
Nullos chriſmabit: inducit purificandas
Non dicet dominus vobiſcum ni recitandum
Eſt euangelium: calicem bene preparat idem
Sunt euangelia: ſunt cantica ſtando canenda
Hec ſunt magnificat: nunc dimittis benedictus.

Dyaconi officiū et q̄ ei p abſentiam preſbyteri cōcedūtur.

¶ Nota pro intellectu textus q ad dyaconum pertinet aſſiſtere ſacerdotibus et miniſtrare in omnibus que aguntur in ſacramēto chriſti: in baptiſmo: ſiue in chriſmate: et patena et calice oblationes quoq; inferre et diſponere in altari: componere etiā menſam domini atq; veſtire: crucem ferre et legere euangelium. Nā ſicut lectoribus vetus teſtamentum: ita dyaconibus nouum legere preceptum eſt. Ad ipſum etiam ſpectat officium precum. i. dicendi letanias. Ad ipſum quoq; ſpectat recitatio nominum. i. ordinandorum / baptizandorum / et mortuorum / et excommunicatorum. Item annunciat feſtiuitates. xcv. diſt. c. perlectis. §. ad dyaconum. Iſtis preſuppoſitis notantur aliqua in textu que ei concedantur in abſentia preſbyteri que alias ei non concederentur: vt puta quando neceſſitas exigit et preſbyter eſt abſens / poteſt corpus domini erogare infirmis ſi conſecratum eſt. Poteſt etiam baptizare: et ſi preſbyter eſt preſens nō poteſt hec agere ſine eiuſdem licentia: vt ſi multi ſunt indigentes baptiſmo: et preſbyter non poteſt omnibus ſufficere. Similiter ſi multi ſunt volentes accipere corpus chriſti: nec preſbyter ſufficit omnibus. xciij. diſtin. capi. dyacones. Cetera patent. Et de euangelio / de Magnificat / de. Nunc dimittis quare ſtando ſunt canenda. Vide in tertio tractatu vbi agitur. De euangelio: ibi eadem ponuntur metra.

circa hec nota q pbr̄ tenetur horas debitas dicere horas canonicas ſm q ꝑ plamu lla.

¶ De horis canonicis dicendis.

Hec ſunt ſeptenis domino cur pſallimus horis.
In matutino damnatur tempore chriſtus
Ceditur prima flagris / edicit tertia mortem.
Sexta regit ſolem: ſed nona videt morientem
Veſpere deponit / tradit completa ſepulchro.
¶ Tu quicunq; choro chriſti famularis honori
Non ſis mente foro: ſed mens tua concinet ori
Eſto choro totus intentus pſallere chriſti.

Laudes deuotius/cui te totum tribuiſti.
¶ Dum domino pſalles/pſallendo tu tria ſerues
Dirige cor ſurſum/bene profer reſpice ſenſum
Poſterior verſus nunꝗ̃ prius incipiatur
Anterior donec omnino perficiatur
Lector culpatur/niſi lectio preuideatur.
¶ Qui pſalmos reſecat/ꝛ verba dauidica curtat
Nil magis inde feret: q̃ ſi ſua lingua taceret
Miſterio ſancto qui verba referre voluntat
Diſplicet ille deo/cum placuiſſe putat.

¶ Fragmina verborum rex pluto colligit horum
Inq̃ die mille vicibus ſe ſarcinat ille.
¶ Uoce plutonem tali ſermone loquentem
Dictio neglecta minime vel ſyllaba lecta
Per me collecta patet: ipſaq̃ dictio ſecta.
Et vox/ꝛ votum/tonus/ꝛ ſonus/ꝛ nota/totum
Per me colligitur/ꝛ ab alto iudice ſcitur.
¶ Non vox ſed votum/non cordula muſica vocum
Non clamans ſed amans cantat in aure dei.
¶ Ter quinquagenos cantat dauid ordine pſalmos
Uerſus bis bille/ſex centum/ſex cani ille.
¶ Diſce per hoc ſcriptum quid ſit vel quando legendum.
Quinq̃ libros moyſi tibi ſeptuageſima miſit.
Uult ſibi ſcripta legi hieremie paſſio chriſti.
Actus apoſtolorum ſequitur poſt paſcha legendus
Hinc apocalipſim lege canonicas q̃ viciſſim
Poſt penthecoſten regum liber exit in hoſtem
Ecce per auguſtum ſumit ſapientia guſtum
Per totum menſem ſapiens vir continet enſem
Cantat ſeptember Thobiam/Job/Judith/Heſter
Octobri menſe machabea trophea recenſe.
Ezechielem lege primo poſt danielem
Aduentus proprie vult ſermones Eſaye.
Poſt natale ſacrum recitat ſacra lectio paulum.

eſt. Septi es in die laudē dixi tibi. et hic ſeptenari⁹ numer⁹ imple tur ſi matutin. ꝑme ſſe ſexter nonꝗ̃ veſpꝫ ꝛ cōple toriū ipe ſultatꝫ officia pſol uunt. extra de cele. miſ. c. j. ¶ Circa literā ibi diſce per hoc. ꝛc. Author autē hic annotauit ꝓ ꝓbrorꝫ inſtructiōe q̃ libri biblie ſꝫ anni circulū in eccleſiaſtico offi cio vt plu rimū legū tur. ꝛ i ple riſq̃ dio ceſib⁹ ita obſeruat et hūc or dinē ap probat. c. ſctā ro in ſi. xv. di.

¶ De vita et honeſtate clericorum.

Iam ſupereſt aliquid de honeſtate ſtatus clericalis expedire: ꝗ que ſuperiori tractaculo non indecenter ab authore noſtro annectitur. Unde anteꝗ̃ materiam ipſam aggrediamur paucula annotabimus ad compeſcendam clericorum et maxime ſacerdotum quorundam hac noſtra tempeſtate inſolentiam: qui proh pudor honeſtatem hanc clericalem/que non ſine grandi ſce

Ed.
Venecia
1569

excommunicatus iudicandus eſt. Ipſi quoque redeunti prohibēdum eſt ne ante abſolutionem, quam à ſummo pontifice obtinere debet, celebrare ullatenus præſumat. Sed ꝙ à ſummo pontifice ante celebrationem abſolui debeat, mirabile uidetur, hoc tamen eſſe ſpeciale illis tantùm monaſteriis quæ excommunicant intelligēdum eſt, ueluti ipſe Autor innuere uidetur. Similiter ſine legitimo conſenſu monacus clauſtrum effugiens, etiam ſi fauore literarum ac ſtudij monaſterium reliquerit, irregularis cenſebitur ac excommunicatus: nec debet ante abſolutionem celebrare. nam irregularitas per ſolùm papam eſt relaxanda. c. cum æterni. de re iud. in 6. Laicus poſtremò ſi expreſsè & palam fuerit profeſſus, monaſteriumq́; exierit & uxorem duxerit apoſtaſiam incurrit: monaſterium quoque repetere cogi debet, & ab uxore ſeparari. Secus eſſet ſi nullam profeſſionem prius feciſſet, quia tunc ueri coniuges reputarentur, ambobus tamen continere iniungi debet. ad hoc facit. c. à nobis. extra de apo.

Quæ ſpectant ad diaconum. Cap. VII.

NVllo presbytero præſente diaconus ægris
Dat domini corpus, & eorum tunc ſcelus audit.
Sed non à banno ſoluit, ſepelit, puerosq́;
Baptizat, non fonte ſacro, niſi promptior unda
Nulla ſit, & mors hic mergendis acrius inſtet.
Nullos chriſmabit, inducit purificandas.
Non dicet dominus vobiſcum, ni recitandum
Eſt euangelium, calicem bene præparat idem.
Sunt euangelia, ſunt cantica ſtando canenda.
Hæc ſunt Magnificat, Nunc dimittis, Benedictus.

Diaconū officium, et quæ ei per abſentiā preſ.

Nota pro intellectu textus, ꝙ ad diaconum pertinet aſſiſtere ſacerdotibus & miniſtrare in omnibus quæ aguntur in ſacramētis Chriſti, in baptiſmo, ſiue in chriſmate & patena & calice: oblationes quoque inferre, & diſponere in altari, componere etiam menſam dominiā atque ueſtire, crucem ferre & legere euangelium. Nam

ſicut

Digitized by Google

ſicut lectoribus uetus teſtamentum, ita diaconibus nouum legere pręceptum eſt. Ad ipſum etiã ſpectat officium precum ideſt dicendi letanias. Ad ipſum quoque ſpectat recitatio nominum id eſt, ordinandorum, baptizandorum, & mortuorum, & excommunicatorum. Item annunciat feſtiuitates. xxv. diſtinct. cap. perlectis. §. ad diaconum. Iſtis præſuppoſitis notantur aliqua in textu, quæ ei conceduntur in abſentia presbyteri, quæ aliàs ei non concederentur. utputa, quando neceſſitas exigit, & presbyter eſt abſens, poteſt corpus domini erogare infirmis ſi conſecratum eſt. poteſt etiam baptizare: & ſi presbyter eſt præſens non poteſt hæc agere ſine eiuſdem licentia. uti ſi multi ſunt indigentes baptiſmo, & presbyter non poteſt omnibus ſufficere. ſimiliter ſi multi ſunt uolentes accipere corpus Chriſti: nec preſbyter ſufficit omnibus. 93. diſt. c. diacones. Cætera patent. Et de euangelio. de Magnificat, deque. Nunc dimittis quare ſtando ſunt canenda. uide in tertio tractatu, ubi agitur de euangelio. ibi eadem ponuntur metra.

byteri cõceduntur

DE HORIS CANONICIS DICENDIS.

HAEC ſunt ſeptenis domino cur pſallimus horis.
In matutino damnatur tempore Chriſtus
Cedit prima flagris, edicit tertia mortem.
Sexta tegit ſolem, ſed nona uidet morientem.
Veſpera deponit: tradit completa ſepulcro.
Tu quicunque choro Chriſti famularis honori
Non ſis mente foro, ſe mens tua conſonet ori.
Eſto choro totus intentus, pſallere Chriſti
Laudes deuotus, cui te totum tribuiſti.
Dum domino pſallis, pſallendo tu tria ſerues,
Dirige cor ſurſum, bene profer, reſpice ſenſum.
Poſterior verſus nunquam prius incipiatur,
Anterior donec omnino perficiatur.
Lector culpatur, niſi lectio præuideatur.

Digitized by Google

Qui pſalmos reſecat,& verba Dauidica curtat,
Nil magis inde feret,quàm ſi ſua lingua taceret.
Miſterio ſancto qui verba referta volutat
Diſplicet ille Deo,cum placuiſſe putat.
Fragmina verborum rex Pluto colligit horum,
Inque die mille vicibus ſe ſarcinat ille.
Horre Plutonem tali ſermone loquentem,
Dictio neglecta minimè vel ſyllaba lecta
Per me collecta patet,ipſaq; dictio ſecta
Et vox,& votum,tonus,& ſonus,& nota totum
Per me colligitur,& ab alto iudice ſcitur.
Non vox ſed votum,non cordula muſica vocum,
Non clamans,ſed amans cantat in aure Dei,
Ter quinquagenos cantat Dauid ordine pſalmos.
Verſus bis mille,ſex centum,ſex canit ille.

¶ Circa hæc nota q̃ presbyter tenet̃ horis debitis dicere horas ſeptẽ canonicas ſm̃ q̃ pſal.ait:Septies in die laudẽ dixit tibi.& hic ſeptenarius numerus impletur ſi matutini,primæ,tertiæ,ſextæ,nonæ, veſperæ,& cõpletorij tp̃e ſeruitutis officia perſoluuntur.extra de cel.miſ.c.1.

Diſce per hoc ſcriptum quid ſit vel quãdo legendũ.
Quinque libros Moyſi tibi ſeptuageſima miſi.
Vult ſibi ſcripta legi Ieremiæ,paſſio Chriſti.
Actus Apoſtolicus ſequitur poſt paſca legendus.
Hinc Apocalipſim lege canonicasq; viciſſim.
Poſt Penthecoſtem regum liber exit in hoſtem.
Ecce per Auguſtum ſumit ſapientia guſtum
Per totum menſem ſapiens vir continet enſem.
Cantat ſeptember Tobiam,Iob,Iudith,Heſter.
Octobri menſe Macabea troſea recenſe.
Ezechielem lege primò poſt Danielem.
Aduentus propriè vult ſermones Iſaiæ.
Poſt natale ſacrum recitat ſacra lectio Paulum.

¶ Circa literã ibi. [Diſce per hoc.&c.] Autor noſter hic annotauit pro presbyterorũ inſtructione qui libri Bibliæ ſm̃ anni circulũ in eccleſiaſticis officiis, vt plurimũ legũtur.& in plerisq; dioceſibus ita obſeruetur.& hunc ordinem approbat.c.ſancta Romana.in fi.15.diſt.

DE

Digitized by Google